



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Ubi quoad Notarios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

50. Hinc siue famulus, siue quicumque, si ob inopem bonum, ac mutuario utilem, consulat usurario, ut det mutuum cum usura, nempe ut is, qui solet mutuae cum usuris, eas non denegat huic petenti: Si quis deponat, seu donet pecuniā usurario, non ut usuras exerceat, sed ob alium honestum finem, siue ob amicitiam, siue ad custodiam: Si quis adiuvet usurarium in numeranda, vel deferenda pecunia, vel in scribendis, seu notandis rationibus, & debitorum nominibus per metam scripturam, quæ non faciat fidem ad cogendum mutuatarium: Si quis in exigendis usuris sine vi coactione, amice moneat debitorem de suo debito, imò & adhortetur solvere, ne appareat infidelis: Si quis deferat pignato pro securitate usuræ: Si quis, cum sit superior, permittat, propter bonum forte publicum, usuras (si tamen non sit lex de ea non permittenda, quæ nunc certe adest, a Post mille. c. *Quantum amplius, de usuris, & alibi*, & item servanda lege Less. lib. 2. c. 20. num. 279. & Salas, de usur. dub. 44. n. 6.) Si quis mediator earum, recedatque, quærens; usurarium iam aliās paratum, quæ alicui velit mutuari, imò; quærat mutuarios, qui forte velint ab illo usurario parato accipere mutuum: Si quis, cum sit Dominus, loceat suas domos, vel officinas usurario (præcendendo à lege quæ nunc certe adest, ne usurario alienigenæ domus loceatur; *supra* innui. n. 34. (Si quis, inquam, aliqua ex prædictis faciat, nec peccat contra mutuatarium: nec onus incurrit restitutionis, quia mutuatarius ad hæc vel non est invitatus, vel facile remittit. Et sicut ipse, eiusque amici alijsque enim rem ipsi non integram exequuntur. Hæc *sparsim* ex Mol. Salas, de Lugo, Less. Dian. alijsque.

51. Contrà: Si Tutor, Curator, absolutus Procurator, negotiorum gestor dent mutuum sub usura, ut tales sunt, quamvis nomine aliorum: Si famulus, vel quicumque cogat mutuatarium ad solvendas usuras: Si quis scribat liberos usurarij, cui fidem faciant ad cogendum mutuatarium, ut usuras solvant; ut item si subscribat Apodixas, simili modo fide facientes ad cogendum: Si quis deponat pecuniā apud Usurarium, ut is usuras exerceat, & simul ipse deponens earum particeps sit: Si quis mediator volentem dare gratis mutuum, excitet ad dandum cum usuris; vel cogat mutuatarium ad usuras solvendas, vel falsis motivis alliciat, quod ipse mediator plus acquirit pro suo labore; Si quis, inquam, aliena peragat ex his, peccat cum restitutionis onere: quia iis nihil remittit mutuatarius; cum eorum dictæ actiones sunt ipsi iniuriöse, perinde ac si essent ab ipso usurario, ita ex *iusdem sparsim*.

52. Dixi (absolutus Procurator) ut innuerem illud quod meritis docet Less. lib. 2. c. 21. dub. 21. n. 181. his verbis: Si ipse contrahens usurarius per famulum (puta, ut per procuratorem) sit iniurius, non excusatur famulus; quia tunc videtur causa efficax damni: Si tamen non erat in potestate famuli absque eo contractu pecuniā dare, cō, quod Dominus esset præsens; non videtur famulus teneri ad restitutionem: quia mutuatarius non censet sibi iniuriam fieri à famulo, qui aliter pecuniā numerare non potest, sed à Domino. Hæc Lessius.

53. Dixi (si subscribat Apodixas) nam si solum scribat illas, quæ non faciunt fidem (cito deinde cum iniustitia subscriptus sit usurarius) non videtur rem ingratam, seu certe graviter ingratam facere mutuatario. Favet Bon. de irreg. d. 7. q. 2. 4. p. 3. n. 1.

54. Dixi (& simul ipse deponens particeps sit) si enim solum deponat quis pecuniā, ut iis usura exerceatur; peccabit quidem eo malo affectu; at non obligabitur (quamvis obligari putet Sal. dub. 44. n. 4. & 5.) ad restitutionem: quia hæc non est iniuria contra mutuatarium; huic enim certe gratum est adesse pecuniā apud usurarium, quam ipse recipere facile possit.

55. Super sunt duæ difficultates; Altera sic clarè proponitur: Antonius usurarius debet Petro ex iusto titulo centum aureos; Titius autem debet eidem usurario alios centum propter iniustas usuras. Si Antonius, ut Petro

satisfaciat, dicat eidem: Exige tibi illos centum, quos mihi debet Titius; licet potest Petrus, hos à Titio sibi exigere, Respondet de Lugo *lib. 2. de iust. dec. 23. sect. 1. n. 22.* contra Less. *ibid.* Gratium, cum duabus simul conditionibus posse, scilicet, nequaquam. Prima conditio est, ut solum exigat monendo de debito, non cogendo. Secunda, ut pecuniā illam non accipiat nomine proprio, quasi ius habens ipsi datum ab usurario; ius enim nullum is habet, quare nec alteri dare potuit: sed accipiat nomine usurarij, cui applicetur; nam deinde ipse Petrus et eiusdem usurarij tacita commissio: ubi applicare potest. Quibus conditionibus positus, constat, inquit, responso data: nam sic nec fiet res ingrata mutuatario, de Petro ad satisfaciendum sibi non videtur illo iniuste in hac industria (concludit de Lugo) explicetur ipse mutuatario; & ipse consentiat, non obligarem Petrum ad peccatum, nec ad restitutionem.

Notarius.

56. Altera difficultas est de Notario celebrante actum seu contractum usurarium. Adde, & de testibus ad eum contractum admittitis: nam de mero scriba, seu copista, qui nullo modo fidem facit, patet ex dictis. Adde deinde quod de Principe supremo, permittit usuras in suis dominibus. Quoad Notarium ergo duo sunt certa, vnum, sub controversia.

57. Certum est primò, si Notarius celebret contractum expressè usurā, unde, ex vi illius (quia versatur apud iusta, tribunalia) non possit cogi mutuarios ad solvendam usuram; peccare quidem Notarium: quia quantum est ex se concurrat cum iniusto usurario, & facit contra iuramentum à se initio officij emissum de non faciendis eiusmodi iniustis actibus; at non obligatur ad restitutionem; quia re ipsa nihil solvit supra fortem mutuatarius, ut supponimus. Quid si in aliquo loco, siue per iniustitiam Iudicis, siue per ignorantiam siue proprio alio caput mutuatarius usuras solvat; Respondet: tunc obligabitur Notarius ad restitutionem saltem tertio loco, in directum scilicet usurarij primò obligari, & Iudicis iniusti, qui obligat secundo loco. Ita Silvest. v. 7. *Usur.* 7. Less. d. 20. d. 21. n. 180. Malderus v. 5. c. 3. dub. 24. contra Ioan. Med. cap. de *Usuris*, q. 4. *de cooperantibus*. Ratio est, quia, quod usura solvatur immediate ex iniustitia Iudicis, vel ex ignorantia, non tollit, quin Notarius antecederet iniustam causam huic coactioni de dicit.

58. Certum est secundò: Si Notarius celebret contractum usurarium, sed palliat fingendo alium titulum; peccare, & obligari ad restitutionem; quia & operatur contra iuramentum, & concurrat ad iniustitiam.

59. Controversum ergo remanet, An vel palliatum hunc, vel clarè usurarium illum contractum Notarius celebret, perente, & volente mutuatario, peccet, & ad restitutionem soluturam usurarum teneatur? Respondet, et dictis eum peccare quidem, quia facit contra iuramentum; sed non obligari ad restitutionem. Ratio est, quia, in modò prosecuti sumus, volenti, & scienti non fit iniuria. Quod si in hoc casu aliqua fiat; facile remittitur à mutuatario, cui res grata facta est.

60. Sed cur usurarius obligatur ad restitutionem quamvis volenti, & scienti mutuatario rem gratā fecerit, mutuo cum usuris; non autem hic Notarius? Respondet, quia Notarius hic, & illi omnes, quos *supra* excusavi nihil recipiunt ex usura, totum enim hoc lucrum usura accipit usurarius. Hinc fit, ut mutuatarius respectu usurarij non sit volens, atque adeo si invitatus simpliciter, & absolute: sed si solum volens ex suppositione voluntatis usurarij, aliter mutuae volentis, & respectu cooperatorum prædictorum est simpliciter, & absolute volens; cum ab ipsis recipiat beneficium, nec in ipsis adit iniquitas actionis recipiendi iniustas usuras.

Testis